

neribus opera constituuntur, permanent ad æternā diuturnitatem. Item cedrus & iuniperus easde habent uirtutes & utilitates, sed quemadmodum ex cupressu & pinu resina, sic ex cedro oleū quod cedreū dicitur, nascitur, quo reliquæ res cū sunt unctæ, (uti etiam libri) à tineis & à caria nō leduntur, Arbores autem eius sunt similes cupresseæ foliaturæ, materies uena directā, Ephesi in æde, simulacrum Dianæ & etiā lacunaria ex ea & ibi & in cæteris nobilibus phanis ppter æternitatem sunt facta. Nascuntur autē hæ arbores maximæ Cretæ & Aphricæ & nonnullis syriæ regionibus. Larix uero q̄ non est notus nisi his muniapibus, qui sunt circa ripam fluminis padi & litora maris adriatici, non solum ab succi uehementi amaritate ab carie aut à tinea non nocetur, sed etiā flammā ex igni non recipit, nec ipse p̄t p̄ se ardere, nisi (uti saxum in fornace ad calcem coquēdam) aliis lignis uratur, nec tamē tunc flammā recipit, nec carbonem remittit, sed longo spatio tarde comburitur, q̄ est minima ignis & aeris è principiis temperatura, Humore autē & terreno materia spisse solidatā nō habens spatia foraminum, qua possit ignis penetrare, reiiatq; eius uim, nec patitur ab eo sibi ato noceri, ppterq; pondus ab aqua non sustinetur, sed cū portatur aut in nauibus, aut supra abiegnas rates collocatur. Ea autem materies quemadmodum sit inuenta est causa cognoscere. Diuus Cæsar cum exercitum habuisset circa alpes, imperauissetq; muniapiis præstare commeatus, ibiq; esset castellum munitum, qd̄ uocatur Larignum, tunc qui in eo fuerunt, naturali mō

Larix

rates, fotes
de bois